



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

154. Quidam latro furatur crumenam divitis in Ecclesia, quæritur, an hoc
peccatum præter malitiam furti, contineat etiam malitiam sacrilegij
necessario in confessione aperiendam? Et an furari ex ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](#)

De Circumst. aggrau. Ref. CLIII. &c. 417

3. Sed, licet hoc, ut dixi, verum sit: puto tamen, in simili cau contra Nugnum. & alios, sufficere, si penitens dicat: Furatus sum, & postea, subiungat: Habui intentionem, mœchandi. Et ita docet Angelus verb. interrogatio, s. 6. Nauartis in Man. c. 6. n. 2. & ex Neoterio Petrus Fay in addit. ad 3. part. quæst. 9. art. 2. distinçt. 1. Quia, ut ait ipse, malitia, qua in furo desumitur à mœchia, ad quam ordinatur, non est alia ab ea, qua reperitur in intentione mœchia: similiter malitia fortis, qua reperitur in intentione mœchia, non est diversa à malitia ipsius fortis secundum se: ergo, qui confitetur fortum, & mœchiam, etiamsi non explicet, se ordinasse unum ad aliud, sufficenter explicat suum statum: ergo ad aliud non tenetur.

4. Notandum est etiam cum Coninch de Sacram. disput. 7. lib. 4. num. 2. 4. & alii vbi supræ, quod circumstantia finis tunc est explicanda, quando quis peccando intendit finem aliquam, qui continet malitiam mortalem. Vnde recte notavit Pitigianus in 4. sent. tom. 2. diff. 17. q. 2. art. 5. in circumstantia. Cor, quod si quis est confessus propter inanem gloriam; haec circumstantia mali finis, id est vanæ gloriæ, non erit necessariò in confessione aperienda: quia in tali casu circumstantia mali finis non continet malitiam mortalem: ergo non est confitenda.

5. Note secundò, quod si quis in die festo propter studium omittet Sacrum, non est necessarium in tali casu confiteri circumstantiam studij, propter quod omissum fuit sed tantum omissionem Sacri: quia talis circumstantia, nec in se mala est, nec mutat speciem peccati, nec illud notabiliter aggravat: ergo, &c. Erit docet Salas in part. 2. tractat. 13. 4. i. sp. 2. 7. & 8. Vasquez etiam in part. 2. dispu. 9. cap. 3. Henriquez lib. 2. cap. 5. num. 7. & in Glosa, liti. C. cum aliis.

RESOL. CLIII.

An qui furatur rem Sacram ex loco Sacro, teneatur in confessione utramque circumstantiam explicare, vel satisfaciat dicendo, commisi furum sacrilegum, vel furatus sum rem Sacram: Ex part. 8. tractat. 7. & Msc. Resol. 76.

§. 1. Negativè respondet Fagundez de precept. Eccles. part. 2. lib. 4. cap. 3. num. 21. Nam licet ex duplice capite furtum reddatur sacrilegium, vel quia surripitur res Sacra, vel quia surripitur de loco Sacro, etiamsi sit res non Sacra. Inter quæ duo non esse distinctionem specificam, nec differentiam notabilem explicandam in confessione: sed etiam si quis furatus sit reum Sacram de loco Sacro, satisfacere dicendo; Commisi furtum sacrilegum, vel furatus sum reum Sacram. Tamen D. Thomas 2. 2. quæst. 99. articul. 3. aliquid communiter, distinguunt specie sacrilegij erga rem Sacram, ac erga locum Sacrum, sicut & erga personam Sacram. Vnde recte adiutus Eminent. de Lugo dispu. sexta, num. 47. debet eam differentiam, & utramque circumstantiam, quando simul fuerit, explicari. Et idem etiam docet nouissime Raphaël Aversa de Sacram. Pænit. quæst. 10. scilicet 11.

RESOL. CLIV.

Quidam latro furatur crumenam diuitis in Ecclesia. Quæritur, an hoc peccatum præter malitiam furti, conimeat etiam malitiam sacrilegij necessario in confessione aperiendam?

Et an furari ex Ecclesia ea, qua sub iure, & quasi potestate Ecclesiæ, verbi gratia, quia illi sunt tradita ad custodiendum, vel impignus data, vel alio simili modo in Ecclesia deposita, ut furari tapeta, tabellas, cornua, vel sellas, que erant accommodata à Sacrifice pro ornamento alicuius Personæ in Ecclesia, sit sacrilegium; & secus vero si quis deferat sellam, tapetam, vel baldachinum, vel quid huiusmodi in Ecclesiam pro sua commoditate, vel ornamento, ut faciunt Principes, Officiales, Nobiles, &c?

Et brevissime notatur non committere sacrilegium, qui furatur à Clerico aliquidiure Ecclesiastico possessorum. Ex part. 1. tr. 7. Rel. 27.

§. 1. S Ententia affirmativa absolutè, sine villa distinctione, de qua nos inferius, placuit Paulus de Layman, in Theolog. moral., lib. 4. tractat. 10. cap. 7. num. 18. & Francelico Suarez de Relig. tom. 1. lib. 3. cap. 4. num. 7. vbi ex communis sententia afferit, furtum in loco Sacro sacrilegum esse. Probatur ex verbis Iohannis Papa, in cap. Quisquis. 17. quæst. 4. quæ sunt ista: [Sacrilegium constituitur, auferendo sacram de sacro, vel non sacram de sacro, aut sacram de non sacro.] Vbi clarè demonstratur, simpliciter, & sine villa limitatione esse speciem sacrilegij, furari non sacram de sacro, & vbi lex non distinguunt, nec nos distinguere debemus. 1. de prætorio, ff. de Publicano, nisi vel alia lex obliget, vel ratio cogat, quando alias sequeretur absurdum quorum nihil in nostro cau interuenit; & sic hanc sententiam sequitur etiam Raphaël de la Torre in 2. 2. tom. 2. quæst. 99. art. 2. dispu. 7. & Rebellius part. 1. lib. 3. q. 15. n. 2. 5. cum Reginaldo tom. 4. lib. 2. 3. c. 1. n. 12. & Menochio de arbitriis, lib. 2. cent. 4. cas. 7. 9. n. 1. 4. & Petro de Ledesma in summa tom. 1. tract. de Pænit. cap. 19. fol. mibi 3. 2. col. 2.

2. Pro decisione huius questionis, oportet distinguere duos modos, quibus potest res non sacra in Ecclesia esse. Primo, quia est sub iure, & quasi potestate Ecclesiæ, verbi gratia, quia est illi tradita ad custodiendum, vel in pignus data, vel alio simili modo in Ecclesia deposita. Secundo, potest res aliqua profana per accidens esse in Ecclesia; vel, quia ibi est persona, quæ ilam secum defert; vel, quia cau ibi reliqua est. Hoc supposito.

3. Assero contra Suarez, in priori casu sacrilegium esse furari bona in Ecclesia; non autem in posteriori casu: vt, quando latro, verbi gratia, furatur crumenam diuitis. Et ratio est: quia bona illa, quasi per accidens, sunt in Ecclesia; ergo non irrogatur specialis iniuria ipsi Ecclesiæ, etiamsi inde quis eam furatur; & alia tale furtum non est specialiter prohibitum ab Ecclesia in honorem templi: vnde non habet malitiam sacrilegij lethalem; & ex hoc non est necessariò aperienda haec circumstantia in Confessione. Hanc sententiam tenet Sotus in 4. diff. 18. quæst. 2. art. 4. Ioan. de la Cruz in direct. cons. part. 2. tract. de Sacram. Pænit. quæst. 3. dñb. 6. conclus. 1. Fagundez Precepto. 2. lib. 4. cap. 4. num. 9. & 12. Henriquez lib. 2. cap. 6. num. 5. in Glosa, liti. N. & ego prædictus probabile induco, sicut etiam probabilitas est Raphaëli de la Torre vbi supræ, & Lessio lib. 2. c. 45. dñb. 3. num. 1. 4. vbi lib. 1. at: [Furtum in loco sacro, & quidem si aliy, & securitas causa res ibi sit deposita, ut reverentia loci tutæ sit ob circumstantiam loci faci dicit malitiam sacrilegij mortiferam: si autem eam ob causam ibi deposita non sit, probabile est rationem sacrilegij mortiferam non esse; quia res illa custodiæ loci sacri non erat coneredita, sed per accidens ibi posita. Quare non censetur loco per tale furtum maior iniuria irrogari, quam per confabulationes,

tiones, ritis detractiones, contractus seculares, & similia.] Sic Lessius. Sed audiamus Thomam Zerolam in praxi p̄sentem, cap. 12. quæst. 17. [Quærit ibi, utrum furari tapeta, tabellas, cortinas, vel sellas, vel quid huiusmodi, quæ erant accommodata à Sacrista, pro ornamento aliecius festiuitatis in Ecclesia, sit sacrilegium? Et respondet, quod sic, quia deseruebant cultui diuino, pro quo erant mutuò data. Secùs verò, si quis deferret sellam, tapeta, vel baldachinum, vel ornatum in Ecclesiam, pro sui commoditate, vel quid huiusmodi, ut faciunt Principes, Officiales, & Nobiles; quia tunc furari ea, non est sacrilegium. Sed quando fecisset Sacrista sibi ea accommodari, & ipse ea pararet pro fessione aliecius Principis, vel Prælati venientis ad Ecclesiam pro deuotione; tunc etiam committeretur sacrilegium: quia indirecè cultui diuino erant deputata.] Ita Zerola. Vide etiam Farinac. de immunit. Eccl. cap. 16. num. 2. 17. ad Bull. Gregor. XIV. Ex his patet responsio ad dubitationem in principio positam. Nota vero, circa presentem materiam, aduersus Ioan. de la Pugna, non committere sacrilegium, qui furatur Clerico aliquid iure Ecclesiastico possesso. Ita Pitigian. in 4. sentent. tom. 2. distinct. 17. quæstione unic. num. 5. in circumst. Vbi.

RESOL. CLV.

An si quis furetur coram iudice, vel cum manifesto periculo vita, teneatur postea aperire haec circumstantiam in confessione?
Et quid est dicendum de illo, qui in bello se exponit manifesto periculo mortis absque causa?
Idem est dicendum de eo, qui alteri suaderet peccatum, cum periculo incurrienda poena mortis. Ex part. 1. tractat. 7. Ref. 6. 1.

§. 1. **A**ffirmatim sententiam docet Vasquez in part. 2. tom. 1. q. 7. 3. art. 9. dub. 3. qui putat, in tali casu adesse duo peccata, videlicet peccatum, furti, & peccatum temeritatis contra fortitudinem, qui in bello se exponit manifesto periculo mortis absque causa.
 2. Sed mihi placet contraria sententia, quam novissimè tuetur Tannerus in part. 2. dispu. 4. quæst. 3. dub. 3. num. 71. nam peccata huius vitæ, quamvis à peccante præfusa, non addit notiam speciem malitiae, nisi ea peccata directe sit intenta, ipsumque adeò peccatum, tanquam medium ad hunc finem electum. Et ratio est: quia, qui directe, & per se non vult penam, sed tantum indirecte; si non vult penam, nisi ex suppositione peccati: sed velle penam ex suppositione peccati, per se non est peccatum vt patet ergo: &c. Idem dicendum est de eo, qui alteri suaderet peccatum, cum periculo incurrienda poena mortis. Sufficit igitur in tali casu p̄sententi, le accusare commissum peccatum furti, & non explicare, se furatum esse coram iudice, vel cum manifesto periculo vita.

RESOL. CLVI.

An qui furatus est, v.g. mille aureos, satisfiat, si in confessione dicat, subripui rem notabilem? Ex part. 1. tractat. 7. Ref. 14.

Quamvis nō §. 1. Negativè respondet Nugnus in addit. ad 3. plenè supra part. tom. 2. q. 9. art. 2. dub. 3. Henriquez hoc, tamen lib. 5. capit. 7. num. 4. Sanchez in summ. tom. 1. lib. 4. quoad hoc cap. 11. num. 24. Coninch. de Sacram. dispu. 7. dub. 3. lege supra doctrinam §. num. 1. conclus. 1. Fagundez de Precept. Eccl. tractat. 2.

lib. 4. cap. 4. num. 2. Suarez in 3. part. tom. 4. dispu. 11. quæst. 3. num. 17. Medina lib. 1. cap. 9. §. 2. Toletus in 3. part. 1. cap. 7. num. 4. Sotus in 4. distinct. 17. quæst. 1. art. 4. Sayrus de Penit. cap. 8. num. 8. Petrus Fay in addit. ad 3. part. quæst. 9. art. 2. dispu. 5. concl. 1. Bonacina vbi infra, & alijs.

2. Hæc opinio est probabilis: sed contraria etiam probabile vocat Bonacina de Sacram. dispu. 5. quæst. 5. sect. 2. punct. 2. §. 3. dispu. 3. num. 17. & illam docuit Nauarrius in cap. confidetur, disti. 5. num. 12. & ex neotericis sustinet hanc sententiam Vasquez in 3. p. tom. 4. quæst. 9. 1. art. 1. dub. 3. Megala in 1. part. lib. 3. cap. 1. 2. num. 2. Zanardus in Tract. de Penit. cap. 18. Cyptius tractat. in cas. referu. cap. 8. num. 5. Zerola in praxi p̄sentent. cap. 12. quæst. quæst. 1. & alijs. Vnde sufficit, quod p̄sentens dicat, le commissum furatum in re notabili, vt Confessarius possit cognoscere illum peccasse mortaliter.

RESOL. CLVII.

An diuturnitas voluntaria retentionis dñe eliu furio sublata sit circumstantia necessariò in confessione aperienda?

Et supponit plura non committi peccata, sed tantum continuari antiquum, quamvis vno anno, vel plus iniuste retineatur res, etiam si forte saepius renetur propositum non restituendi: dummodo tamen penitentia ductus rem nō proponet restituere, & post mutatione animo, & proposito, habeat animatum restituendi.

Et notet hoc Confessarius, & a multis scrupulis immuni erit. Ex part. 1. tr. 7. Ref. 5. 8.

§. 1. **S**yppono, probabilem esse sententiam Petri in Navaria de ref. lib. 4. cap. 4. num. 9. & Tanneri in 2. 2. dispu. 4. q. 9. 6. dub. 14. 7. 42. qui citat etiam Aragonium, & Carbonem, assertum, plura non committi peccata, sed tantum continuari antiquum, quamvis vno anno, vel plus, iniuste retineatur res aliena, etiam si forte saepius, interim offeratur occasio restituendi, aut etiam saepius renetur propositum non restituendi: dummodo tamen penitentia ductus non proponat restituere. & postea mutato proposito habeat animum non restituendi.

2. Hoc supposito queritur, an saltem diuturnitas voluntaria retentionis rei alienæ sit necessariò in Confessione aperienda: Tannerus, vbi supra, var. ad mero 427. & alijs, affirmatiè respondunt, & rationabilem adducunt: quia, licet in tali diuturnitate retentionis voluntaria retentionis rei alienæ est tantum circumstantia aggrauans. Ergo in Confessione minime aperienda erit.

3. Sed in nostra sententia negativè respondendum videtur: quia circumstantia aggrauantes non sunt necessariò confitenda: sed dicta diuturnitas voluntaria retentionis rei alienæ est tantum circumstantia aggrauans. Ergo in Confessione minime aperienda erit.

4. Notet hoc Confessarius, & a multis scrupulis immuni erit: nam p̄sentens in Confessione laudabit, tantum se acculando, non restituuisse rem alienam: nec interrogandus est de tempore, & diuturnitate retentionis, vel de numero peccatorum, quæ aliqui in tali diuturnitate committi putant: dummodo, vt diximus, nō proposuerit restituere, & postea mutato animo determinauerit amplius restituendum non facere: quæ omnia valde nota sunt, quæ multum practicabilia.

RESOL.